

FRANCISCVS VENERIUS

D V X LXXXI.

*Electus die 11. Iunii Anno 1554. obiit 4. Non. Iunii
Anno 1556.*

VETVS ELOGIVM.

*Biennium magnà animorum propensione cum in Principatu vixerim, non sine
absolutà Religionis, ac Prudentiæ laude, Bonam Sfortiam, atque Aragoniam
Polonia Reginam in Italiam adveniantem, nullo non honoris genere excepi.*

LXXXI



Bsque præfatione, & ambitu Thronum scandit
Franciscus Venerius iustitiæ merito, & ornamento
virtutis. Pacem sibi post tot bella relictam sustinuit,
Marte ultra Alpes proscripito. Ferox Turca cum
Appula præmeret Regna, & Hierosolymitani Equi-
tes spetie persequendi Infideles, ad piraticam con-
versi nonnullas naves amicæ diripuissent Reipublicæ, & in portu-
bus Venetis, Turcarum oppressissent navigia, hostem eis concit-
tando potentissimum; placuit: ad refarcienda damna, eorum
proventus in publicum redigi; donec civium, subditorum, & in
urbem navigantium indemnitati prospiceretur, & a violentiâ in
poste-